

hoc gaudent priuilegio, vt patet ex concessio-
nibus supra relatis Leonis. 10. Adriani. 6.
Clementis. 7. Pauli. 3. et Iulij. 3. Cum quo ni-
hilominus stat Summun Pontificem propter
peculiarem rationem alicui religioni priui-
legium aliquod dumtaxat concedere, quo alia-
rum Religionum Fratres non possint gaude-
re. Quia propter priuilegia videnda & confi-
deranda sunt, si huiusmodi communicationem
prohibent & interdiciunt.

PRO MONIALIBVS.

9 ¶ Innocentius. 8. statuit & concessit, quod
quęcunq; Moniales commissę fuerint guber-
nationi Fratrum Minorum virtute alicuius
indulti Apostolici, Moniales sic commissę
gaudeant priuilegiis, concessis & conceden-
dis prædictis Fratribus. Et certum est Monia-
les Sanctę Clare virtute indulti Apostolici
commissas fuisse gubernationi Fratrum Mi-
norum. Ex libro, Monumenta Ordinum in
prima impressione. fol. 32. & in 2. fol. 33.
concess. 35.

¶ Et Clemens. 7. prout supra num. 25. retu-
limus. Omnia priuilegia concessa & conce-
denda